Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1228
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



64

tulum nouellum: cornua producentē
et ungulas. Videant pauperes et leten
tur: querite deum et uiuet anima ura.
Quoniā exauduit pauperes dominus:
et uinctos suos non despexit. Laudent
illum celi et terra: mare et omnia rep
tilia in eis. Quoniam deus saluam fa
ciet syon: et edificabuntur ciuitates iu
de. Et inhabitabunt ibi: et hereditate
acquirent eam. Et semen seruorum
eius possidebit eam: et qui diligunt no
men eius habitabunt in ea.
Deus in adiutorium meum inten
de: domine ad adiuuandū me
festina. Confundantur et reue
rentur: qui querunt animam meam.
Auertantur retrorsum et erubescant:
qui uolunt mihi mala. Auertantur
statim erubescentes: qui dicunt mihi eu
ge euge. Exultent et letentur qui que